



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

218. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Eccl. Afric.
c. 32.
Iffe Ambian.
c. 6.
Burchard. lib.
3. c. 120.

teri, Diaconi, vel quicumque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quaecunque prædia suo nomini comparant, tanquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in Ecclesia eadem ipsa contulerint.

De eadem re. *Ex Capitularium libro 1.*
cap. CL.

Lib. 1. Capitular. c. 156.
Burchard. lib.
3. c. 121.

CCXVIII. Unusquisque Presbyter res quas post diem consecrationis adquisiverit, propriæ Ecclesiæ relinquat.

De eadem re. *Ex Concilio Remensi.*

Hincmari Capitul. tit. 2.
c. 18.
Burchard. lib.
3. c. 118.

CCXIX. Investigandum est si nihil patrimonij habens Presbyter quando provectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit prædia, cujus juris sint, quoniam Ecclesiæ ad quam de nihil habente promotus est esse debent juxta canonicam auctoritatem.

Ex Concilio Arausicano, cap. LIV.

Conc. Agath.
c. 54.
Burchard. lib.
3. c. 119.

Presbyter, cum diocesim tenet, de his que emerit ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus quam tenet Ecclesiæ ordinatione discedat. [*Caput istud non extat in codice MS.*]

De redivibus vel oblationibus Ecclesiæ.

Hincmari Capitula tit. 2.
c. 19.

CCXX. Inquirendum est si occasione hujus præcedentis capituli aliquis Presbyterorum de redivibus Ecclesiæ vel oblationibus ac votis fidelium alio nomine res comparaverit,